

1532. 24. 20 Jun

Mandatum ad tractandum Sāce  
 cum Vojevoda Valachia. in Civitate  
 Joann. Regis Hungariae.

Sigismundus R.

153

Manifestum facimus Universis qualiter mult  
 tis injuriis contumeliisq et damnis, a Petro Vo  
 jevode Moldavicus affecti sumus, illeg contra jus  
 vincendum, prestitum, et fœdera Nobiscum iuncta,  
 et firmata, bellum Nobis hostile, et insperatum  
 intulerit, Nos tamen rationem habentes commodi  
 et utilitatis Publicæ, quæ in societate hominum,  
 precipue vero pace et Concordiâ, conservatur, vole  
 tes deniq satisfacere desiderio, et postulationi, tam  
 Sui Domini Joannis Hungariae Regis, quæ  
 ineluti Turcarum Imperatoris, quæ Nos ad Concodi  
 am, cum ipso Petro Vdâ Moldavice, protraherent,  
 et sollicitabant, misimus et deputavimus, ad Aula  
 Sui Domini Joannis Hungariae Regis, Mattheum  
 Laurentium Myszkowski de Alirov Castellani  
 Biecorum Consiliari Nostri sincere dilectum, cui  
 plenariam auctoritatem, et potestatem dedimus, da  
 musq hæc serie literarum, cum Oratoribus dicti Pe  
 tri Vojevæ Moldavice, in presentia tam Severij  
 sui Domini Domini Joannis Hungariae

Regis



Regis predicti quam etiam Illi & Illi Do-  
mini Ludovici Gritti Gubernatoris Regni  
Ungarie de Concordia & Pace, bellog sistendo,  
inter Nos, & eundem Vojevodam agendi, tractandi  
Coiisulendi, transigendi, et determinandi, promit-  
tentibus in Verbo Nostro Regio quod quidquid per  
illum actum, tractatum, & constitutum fuerit, va-  
leat, & firmatum perpetuo habituros, non semel  
quam, si nos ipsi eorum ageremus, —

In cuius Rei testimonium, presentes literas  
Manu Nostri Regia subscriptas, sigillo Nostro  
communiri fecimus, —

Datum Cracoviae Die 20. Junii Anno  
Domini 1532. Regni Nostri 20.

